

## Aduertencias para

mini millesimo quingentesimo septuagesimo  
quinto, de qua in superioribus iam egimus  
mentionem. Ita tenet Henriquez. Ac pro-  
inde ait, quod virtute dicti priuilegij Epis-  
copi impedire non possun [non obstante Cō-  
cilio Tridentino] quod confessarij Regula-  
res Mendicantes dum iter agunt per loca,  
vbi non adest Episcopus, quamuis per dies  
morentur in uno aut alio loco, non habeat  
prædictam iurisdictionem, & vbiq; sint eo  
modo idonei. Sicut neq; Episcopus infrau-  
dem & odium Regularium potest his reser-  
uare plures casus, quam Parochis reseruat,  
vt esset nimis excessus reservationis. Non  
enim in hoc casu tenentur obedire in ea re-  
strictione, & limitatione, prout tradunt So-  
to, Ledesma, Synester, Palacios, Felicia-  
nus. Sed Pater Emanuel art. 8. q. citate  
eiusmodi opinionem Henrici Henriquez li-  
benter reciperet, in casu quo, sine causa Epis-  
copi dictas limitationes faciant. Nam Cle-  
mentina & sacri Canones eas cum causa so-  
lum facere posse, testantur. Tunc autem sine  
causa eas facere censemuntur, quando cum om-  
nibus Regularibus generaliter, sine differē-  
tia ita se habuerint, approbationes tantum  
annua